



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 63. Zegri Maurorum Princeps suspecta fide baptizatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.  
A C. 1499.

bant. Tum haud vulgaribus benevolentiae signis cumulos, ipse Rex, ejusque Conjux fericis vestibus, rubrisque vitis coccineo grano tinctis donatos a se dimittebant, atque ex illo temporis articulo Infidelibus hisce ad Christi fidem convertendis strenue adlaboratum est. Toletanus quoque Archiepiscopus Granatensibus suam operam dicabat, ut communis totius populi conversio urgeretur, brevique tanta sacro fonte ablui petentium copia certatim convolabat, ut in Baptismate Ecclesiasticos ritus omittere, necessitas præciperet.

§. LXIII.

*Zegri Maurorum Princeps suscepta fide Baptizatus.*

**R**ex & Regina tam prospero pii consilii successu lætissimi, Hispalin revertuntur, verum illis vix abeuntibus mox seditio recruduit, ac Neophyti publice multis conviciis lacessabantur: unde ad sedandos hosce tumultus, Archipræsul Toletanus, qui Granatæ remanserat, concessa sibi potentia, ac auctoritate utebatur, & publicato edicto, necnon proposita carceris poena inhibebat, ne cives ulla cogent conventicula, nec religioni injuriosos sermones miscerent, aut regenter conversos incolas verbis, vel

*Alvarez Gomez lib. 2.  
Raynald. ad ann. 1499. num. 3.*

vel factis lacefferent; ut vero efficacius sæcul. XV.  
A.C. 1490  
 seditionis progressus sifteret, in jus vocabat quemdam Principem Maurum, nomine Zegri, nobilitate generis, ac auctoritate inter Mauros spectatissimum; hunc Præsul quamvis nullo argumento de ejusmodi crimine infamis esset, in suspicionem seditionis vocabat (\*) eidem denunciâns, in præsentî rerum vicissitudine tamdiu illius fidelitatem suspectam haberi, donec Mahometis superstitionem ejurasset, ideo aut Christi fidem amplecti, aut perpetuo libertate privari seligeret. Zegri sese christianis adjicere renuente, excubitorum manus augetur, asperiusque habetur, adeo ut non jam nudis comminationibus rem agi veritus, fidei Christianæ

(\*) Hæc ad conflandam Ximeno invidiam immerito conficta esse videntur; Raynaldus enim & Gomesius a Continuatore laudati, testantur, quosdam contumaces & rebelles populi animos crebris concionibus a Christianismo deterruisse, hosque a Ximeno, ne quid detrimenti novellæ illæ plantationes caperent, vinculis coercitos in custodia detentos fuisse, atque INTER HOS fuisse Zegrin, eumque sive difficultatibus victum sive Dei potius afflatu, nam se divinitus admonitum, ut Christianus fieret, professus est, sacro initiari Baptismate a Ximeno petiisse. Hæc, quam dissimila supra dictis sint, lector facile perspiciet.

Sæcul. XV. næ Magistris faciles aures præbere inci-  
 A.C. 1499. peret, unde ipse Archiepiscopus eum sa-  
 cris Christianæ fidei præceptis imbuen-  
 dum suscepit, tamque feliciter illius ani-  
 mum devicit, ut ab ipsomet Archipræ-  
 fule sacro Baptismatis fonte ablutus, Fer-  
 dinandi Consalvi nomen acciperet, hoc  
 pacto honoraturus Consalvum de Cordu-  
 ba celeberrimum Ferdinandi Regis du-  
 cem, quocum post captam Granatam in-  
 tima fruebatur amicitia. Zegri ita ad  
 Christi cultum traductus, religionis fer-  
 vore nulli secundus erat, nec alius præ-  
 ciori studio incumbebat; ejus enim ex-  
 emplo, qui ceteris nobilitate, atque au-  
 thoritate prævalebant, ad Christi vexilla  
 Alcorani, teste Gomesio, ignibus publica  
 in pyra exurebantur.

## §. LXIV.

*Granatensium Seditio.*

*Marian. lib.* **H**ac rei novitate Maurorum ceteri, qui  
 27. n. 25. pertinacius sectæ suæ inhærebant,  
*Alvar. Go-* graviter commovebantur existimantes,  
 mez lib. 2. atrocem omnino injuriam Religionis suæ  
 sanctitati illatam esse, eoquod Alcorani  
 liber flammis absumptus fuisset: unde  
 Albaizini, qui facile quinque millia fa-  
 miliarum reconsebant, seditione conflata  
 ad